

b Pausanias lib. 1. seu Attic. pag. 12. Athenaus Diaprosop. lib. 13. c. Plin. lib. 34. cap. 14.

d Duris lib. 6. Attic. apud Athenaeum lib. 12. Diaprosop.

e Hermippus apud Laertium lib. 5. ita & Suidas in Demetrio.

f Cicero pro Rabir. Aspid. ad corpus adnotat. vi. a esse privatum. Laert. loc. cit.

g De Finibus lib. 5. & orat. pro Rabirio.

h Senec. de Tranquill. animi c. 9. Quadragesima milia Librorum Alexandria arserunt, pulcherrimum Regia opulentia monumentum.

suam duxerit uxorem, geminos fratres interemerit, concubinarum greges aluerit (b), in superstitionem Serapidis ferretur impotenter, consecrare inter Deos sororem suam & uxorem Berenicem post ejus mortem tentaverit (c).

Demetrius Phalereus, quem Aristaeas Bibliothecae Alexandrinae custodem assignat, cuius, si virum illum audiamus, insignis erat pietas, & in legem Dei obsequium, ut ad Regem Ptolemaeum diceret, divinam hanc esse Legem, quam proinde nemo usquam neque Poeta neque Historicus aliquis prophanus in sua scripta derivare potuerit; Demetrius, inquam, iste vir erat crapula potens (d), ad excessum prodigus, turpibus obscenisque amoribus implicitus, effeminatus, fucatus pigmentis, facie pariter & comâ unguento delibutus, & quo tempore Republicam Atheniensem moderabatur, legumque urgebat observantiam, ipse tamen licentiae, & crapulae totus erat addictus. Invitus tandem Athenis sese propiciens, Thebas primum confugit, tum in Aegyptum apud Ptolemaeum Soterem filium Lagi, Philadelphi patrem, ubi longo temporis spatio mansit (e). Author fuit Soteri ut filiis suis ex Euridice Regni hereditatem relinqueret; sed ille Philadelphum praetulit & Berenicem natum. Quare post obitum Patris Philadelphus rerum potitus, Demetrium egit extorrem, atque sub custodia detineri precepit, quoadusque aliter de illo dispo-

neret. Exilium tadium non ferens Demetrius, aspici morsu exitum sibi exilii pariter & vitam procuravit (f). Haec Hermippus apud Laertium & Suidam. Quis porro credat, Philadelphum Bibliothecae suae curandae munus Phalereo commississe? Bibliothecae, inquam, tanto librorum numero instructae? Eius favore, Principis polere potuisse virum, & eod usque pollere, quo Aristaeas designat? virum scilicet illum, qui transferre à Philadelpho in alterum Regnum molitus fuerat? Quomodo hac omnia cohaereant cum viri exilio, de quo tam expressè Hermippus apud Laertium, Suidam, & Ciceronem (g), non uno in loco?

Negotium etiam in Historicum facessunt ex numero voluminum, quae comparasse se Demetrius venditabat; ad 200000. enim se collegisse dicitans, cum etiam numerum ad 300000. se aucturum pollicebatur. S. Epiphanius eum numerum reformat ad 54800. Josephus Gorionides minuit, reddens 995. quibus, addit ille, quinque alia jungere Rex ille optavit, ut chiliadem haberet. Verum suggerentes Aristaeas & Andreas, ut Sacros Judaeorum Libros vendendos committeret, certum illum numerum proreperunt. Aulus Gellius l. 6. c. 17. in Bibliotheca Alexandrina, quo tempore sub Julio Caesare faviente bello Aegyptiaco arsit, recondita dicit ad 700000. voluminum; Seneca (h) habet 400000. Constat autem post Ptolemaeum Philadelphum usque ad ea tempora plura accessisse Bibliothecae illi volumina. Inconspicua haec

de numero Librorum narratio, cum maxime satis repugnet historiis caeteris, conjecturam adversus ejus historiae sinceritatem suppeditat. Unus est enim & uniformis veritatis character.

Si quis in unam pecuniam summam conferat quicquid à Ptolemaeo auri impensum est in ea Versione procuranda, ad 1200. talentorum supputabit, quibus conficiuntur librorum 2880000. pro singulis talentis 24000. libris computatis; quae pecuniarum immensa vis est pro eâ re & aetate. Subolet etiam fabellam Festum illud à Philadelpho institutum, ut memoriam rei felicissimae, nempe receptorum Librorum, perennaret; sic ut etiam nonnulli errando asserunt Aristaeas, incidisse pariter in eam diem triumphum accepit à se navalis Victoriae in Antigonom, sive quod eadem die exceptum fuisset nuncium ejusdem victoriae, sive quod annua ejus recurret memoria; neque enim ad Ptolemaeum Philadelphum referenda est victoria illa, sed ad Ptolemaeum filium Lagi, ejus patrem, qui post devictum Antigonom ad 22. annos vitam prorogavit.

Fabulam etiam demonstrat persona, quam in universo opere illo ludit Aristaeas; ita enim se exhibet, quasi ortu & Religione Paganum; cum interim in singulis paginis Hellenismam se Judaeum praeferrat, nec veri Dei nec Legum igranum. Hebraicis stilus ejus undique scitens, inter Hebraeos adolevisse virum prodit. Scripta à Philadelpho ad Eleazarum, sicut videmus in Eleazari ad Philadelphum literae, ac tandem supplex Demetrii Phaleraei libellus eundem stilum sapiunt; quae tamen ex originali tunc descripto accepisse se Aristaeas profitetur. Quis planè non sentiat suppositionem, cum fieri vix possit, ut tria variorum Authorum scripta stilum habeant uniformem? Supplex ille Phaleraei libellus, utpote Scriptoris elegantissimi, & purissimi eloqui, nihil tamen refert dignum tanto Theophrasti discipulo. Ex his omnibus rectè consecutione deducitur, Aristaeae ferè omnia suspiciosa esse; & multò etiam minus persuadibilia tradidisse S. Epiphanium, & S. Justinum Martyrem; & proinde quae ex historiis hujusmodi auctoritate deducta sunt ad probandam Divinam Versionis hujus inspirationem, falsa esse vel saltem incerta.

Primi illi Authores, qui de Septuaginta habuerunt sermonem nihil referunt, nisi de Versione Legum Judaicarum, nempe totius Pentateuchi. Aristaeas Libros Historicos & Propheticos silens, lectas tantum narrat coram Rege Scripturas Legis. Nec plura Philo; Josephus verò asserit, non omnes Scripturas, sed Libros tantum Legis Regi communicatos (i); quod opportunè animadvertit S. Hieronymus (k); Aristaeas, inquit ille, Josephus, & omnis Judaeorum Schola asserit verfos à Septuaginta tantum quinque Libros Moysis. Et in Michaeam scribens dicit, Textum Septuaginta loci illius, quem discutit, ad eod ab Hebreo discere, ut frustra conciliarentur; si tantum, addit ille, Versio ista Septuaginta

i Praem. Antiq. k In Ezechiel. c. 5. & Mich. 2.

l Item. Tertull. Clemens Alexandr. Epiphani. Hilari. August. alii passim. m De ponder. & mensur. n 4. Esdr. 14. 45. 46. Postiores verò 70. conserua, ut tradas eod Sapientibus in populo tuo. In his enim est vera intelligentia, & sapientia fons, & scientia summen.

o Hieron. prolog. in 99. Hebraic. in Genes. Quos nos quoque constemur plusquam caeteros cura Hebraicis consanare.

p Comment. in Pentateuch. & in libros Historicos in Indice, v. Septuaginta.

q Vide Genes. 4. 8. & 19. 12. & 20. 16. & 23. 2. & 24. 53. 62. & 26. 18. & 29. 27. & 35. 29. & 39. 8. & 41. 16. 43. & 43. 26. & 49. 26. Exod. 3. 3. & c.

r Selden. Poell. apud Vandal. c. 22. in fine. * Phil. l. 2. de vita Mos. R. Azarias l. Inre Binab. s Vide Josue 15. 59. & 21. 36. 37.

tribuatur, quibus nonnulli Legis Versionem debere asserunt cum Josepho Judaei. Ubique autem alibi cum univèrse Scripturae Versionem tribuere videtur Septuaginta, semper dubitans loquitur.

Patres nihilominus [1] & vulgò Christiani Scriptores de veritate historiae Septuaginta persuasi, tenent, Veteris Testamenti Scripturam omnem (nempe Libros Hebraicè scriptos) Viris illis debere. Docet insuper S. Epiphanius (m), praeter sacros Libros Graecè pariter ab illis reditos 70. vel 71. Libros Apocryphos (facile illos, de quibus in quarto Esdrae (n). Nec eo numero contentus Cedrenus asserit, Graecè ab illis reddita ad 100000. Librorum Chaldaicè quorundam, aliorum Hebraicè, Aegyptiacè, & Latine scriptorum. Addit, in Versione Hebraicorum Librorum impensos 72. dies; rotundum numerum, nempe 70. servant Aristaeas, Eusebius, & S. Cyrillus Alexandrinus.

Constat profectò Versionem Pentateuchi multò exactiorem esse, quam caeterorum Scripturae Librorum (o), ut distinctum Interpretem apertissime prodant. Discrepant profectò in ratione ejusdem Hebraicæ vocis reddendae, in Versionis adornandae methodo, cum alii literè Textus religiosè inherant, alii liberiores ament Versionem; non raro in Textu originali aliter legerunt, ac nos hodie; quorum lectio nostrâ interdum correctior est, interdum minus. Consule eâ de re ingens Opus Ludovici Capellii, inscriptum Criticae Sacrae, in quo infinitis penè congestis exemplis, recessisse frequenter Septuaginta ab originali Textu demonstrat. Criticorum alii, ut D. Clericus (p), animadvertunt, non raro illos fortuito casu, & per conjecturam vertere; incondantes esse maxime in reddenda una eademque Originalis voce; addere interdum, emendare, truncare aliquid è Textu, certas non semel voces omittere, aliquas supplere; Textum illum frequentissime corruptionem praefere, glossematibus inseriri: quae quidem omnia vitio interpretationi illi verterat S. Hieronymus non semel.

In pluribus Scripturae Libris, sive Septuaginta, sive eorum Amanuenses ordinem turbantur ad eod, ut causam ejus rei nemo divinaverit. Occurrunt in Pentateucho loca, ubi plenior eorum Textus, effusior quam Hebraicus Judaeorum; alia vicissim, in quibus Textus Samaritanus potius, quam Hebraeus praefertur (q); unde Viris doctis suspicio nata (r), in Versione sua illos expressisse Textum Samaritanum; alii verò Samaritanorum Textum ad Septuaginta recensitum, alii tandem ex pluribus inter Hebraicum Textum & eorum Interpretationem variantibus suspicati sunt, praè oculis habuisse illos Chaldaem (*), vel Syriacum. In Libro Josue plura addunt Urbium nomina, quae frustra in Hebraeo [s]. In Libris Regum, Proverbiorum, Ecclesiasticae, Job, & Prophetarum, ordo turbatus maxime, & variata plura; quarum rerum congruas rationes nemo adhuc usquam tradidit. Ordo

etiam in minoribus Prophetis in Hebraeo servatus, alter est in Septuaginta. Quarum sanè immutationum tanta est antiquitas, ut in vetustissimis etiam Mss. appareant, sicut & in editione Romanâ omnium absolute summa, in qua tamen Critici (t) nonnulla observant, ab illis, quae ex Septuaginta laudarunt Patres, discrepantia.

Nihil hic ego addendum censo de notissimis illis additamentis in exordio Geneleos, in quo Patriarcharum aetatem ad eod Septuaginta deformarunt, ut, juxta eorum supputationem, mundi ante Jesum Christum duratio 2000. annis major esset, quam ferat Textus Hebraicus (u). Hæc porro non casui, neque errori Amanuensium credimus referenda, sed industria adducta sunt à scribentibus; quamquam plura alia occurrunt, sive audacia, sive incuria Amanuensium deputanda; quae facile emendantur, si quis vellent variis collectis lectionibus optimas seligere, ut Textum restitueret.

Tredècim varia loca à Septuaginta de industria variata designant Judaei (x); sed certo hoc numero multum abest ut credamus complexos illos ingentem inter duos hosce Textus variantium farraginem. Aliquid sibi asserendum censet S. Hieronymus (y), quod, si valido inniteretur argumento, fidei Septuaginta plurimum labis inferret; contendit enim viros illos doctos parum consonam interdum originali interpretationem secutos, metu ne mysteria Paganorum auribus importabilia revelarent. Ita cum loca aliqua nacti essent, ubi de Patre, Filio, Spiritu Sancto apertior mentio, metu ne de multiplicitate Deorum acefarentur Judaei, rem totam omiserunt, sive alio sensu reddiderunt. Huius assertionis suae documentum exhibet illis verbis Textus; Ex Aegyptio vocavi filium meum, quae apud Septuaginta desiderantur.

Sed hanc S. Hieronymi regulam generatim veram non esse fateamur oportet; & si quando vim originalis Textus minus referunt in sua Versione, adscribendum id sive rei obscuritati, sive scientiae defectui; potius quam ex industria factum credimus. Vir ipse Sanctus in Isai. 17. observat, plurimum intercedere discriminis inter manus prophetandi & interpretem agendi, plurimum etiam eum interpretis agitur ante Christi & post ejus adventum. Illi interpretati ante adventum Christi, & quod nesciebant, dubitè praetulerè sententiis; nos verò post passionem & resurrectionem ejus non tam prophetiam, quam historiam scribimus.

Idem vir Sanctus (z) alibi observat, Septuaginta interdum parum exactè vertisse, ne gentis suae probra & minorem in Deum fidem proderent. Alio in loco (a) defendit, cavisse illos sedulo, ne Sacra Scripturarum mysteria, & quae maxime ad Jesu Christi ortum pertinent, revelarentur Philadelpho, viro Plaronicis mysteriis initiato; metuentes insuper, ne occasionem darent Pagano illi suspicandi, Judaeos secundum Deum aliquem credere. Alibi etiam (b) absterrens illos dicit, ne redderent verba illa Textus; Verabitur admi-

t Vide Serar. prolog. c. 17. q. 21. Bonfrer. prolog. in S. Scriptur. c. 2. sect. 8. Morin. exercit. 9. c. 3.

u Ab exordio Mundi usque ad Jesum Christum supputamus 4000. annos, cum juxta Septuaginta recensendi essent 5856. Diluvium consignamus juxta Hebraicum ad annum 1656. & juxta Septuaginta ad 2256. x Talmud Jerusalem. 1st. Megilla. Item Talmud Babil. sub eodem 1st. y Prolog. in Pentateuch. ad Desider.

z In Isai. 17.

a In Prolog. quas. Hebraic. in Gen. Vide in Isai. c. 2. pag. 30. nov. edit. b In Isai. 8. ad fin. l. 3. pag. 86.

nabilis, Conſiliarius, Deus fortis, Pater futuri ſæculi, Princeps pacis. Qua nominum majeſtate, ait, perterritos Septuaginta, veor non eſſe auſos de puero dicere, quod apertè Deus appellandus ſit. Addit (c), eos Præceptorum Eccleſiæ Chriſtianæ conſenſu prorsùs deſtitui in verſione Danielis, qui præferendam editionem Theodotionis, parùm emendatæ Septuaginta reputabant.

Tandem obſervat (d), Evangeliſtas &

Apoſtolos cùm ſententiam aliquam Scripturæ laudant, ſi nihil eſt inter Hebræam & Septuaginta diſcriminis, plerumque ſcila verba ipſa Septuaginta referre vel ſenſum; ſi quæ autem eſt inter utrumque diſcrepancia, tum Hebræam præferre. Claudit hæc omnia tandem: *Emuli noſtri doceant aſſumpta aliqua de Septuaginta teſtimonia, qua non ſint in Hebræorum literis, & ſinita contentio eſt.*

In Daniel. 4. pag. 1088. nov. edit. & Apolog. contra Ruſin. l. 2. pag. 43. Quorundam (Septuaginta) ſi in iſto libro editionem dixi multum à veritate diſtare, & recto Eccleſiarum Chriſti iudicio reprobatum, non eſt mea culpa, qui dixi, ſed eorum qui legunt. d. In Iſai. 1. 15. Proem. & Apolog. 2. contra Ruſin.

DISSERTATIO IN VULGATAM.

Vulgata ſeu Editionis Vulgatæ, aut Vulgata Latina nomine deſignamus Latinum Bibliorum Textum, quem Concilii Tridentini oraculum declaravit authenticum, & cuius eſt apud nos in ſcribendis Libris & concionibus ad populum habendis uſus: uno verbo, Verſio eſt omnium familiariffima in omnibus Romanæ Communionis Eccleſiis, quæ Latinorum Officium ſequuntur.

Cùm Libri omnes utriuſque Teſtamenti Hebræicè vel Græcè ſcripti fuerint, brevè factum eſt, ut propagatâ, vel coaleſcente primùm Chriſtianâ Religionè, quo tempore Romanorum Imperium, cui Latinus ſermo maxime omnium vernaculus, ſuperiora obtinebat, brevi, inquam, factum eſt, ut ſacri Libri maximum Religionis noſtræ momentum Latinis literis traderentur. Eſt enim Græcæ linguæ uſus familiariffimus Provinciis Romanæ ditionis pariter habebatur, nec Romæ eſſet extraneus, plures nihilominus in iis regionibus occurrebant, apud quos præter Latinum idioma ignota omnia, ut eorum ignorantia novâ in Latinum Sacrorum Bibliorum Verſione ſuccurrendum fuerit.

Sed quando, & à quo Verſio illa? Id ſanè nunquam exactè deſignetur. Judæi, frequentiffimi licèt Romæ & in Italia ante inveſtam Chriſtianam Religionem verſantes, nunquam tamen commiſerunt, ut Latinam Veteris Teſtamenti Verſionem traderent; vel ſaltem nullo argumento tradidiſſe demonſtrarentur. Primi igitur, quos noverimus, Authores Opus ſuum è Græco expreſſerunt; cùm interim Judæus aliquis interpres ex Hebræo duxiſſet. Ad hæc, Judæi omnes, cùm è Græcia & Oriente veniſſent, & unâ ſecum Græcæ linguæ uſum retuliſſent, erat enim poſt victorias Alexandri Magni Græcæ linguæ uſus in Oriente familiaris; quid habuiſſent opus Latinâ aliquâ Verſione? Porro illi tum familiaribus, cùm domeſticis ſermonibus Græcè loquebantur, quemadmodum hodie uſque apud illos obtinet, ut domi-

ſaltem, & cum ſuis ſermonem retineant earum regionum, unde venerunt, familiarem. Quare ſi minùs poterant Hebræicas Scripturas legere, Græcas ſaltem non habebant impervias; ut nihil illis opus fuiſſet Latinæ alicujus Verſionis. Valet etiam in eam rem inſtitum Judæorum ingenium, qui communicare exteris Divinas Scripturas reſergerent, veriti ne nota aliqua majeſtati & dignitati Divinorum oraculorum irrogaretur, ſi Verſiones faciliè multiplicarentur. Quid non obmurmurarent Judæi hebraizantes in Græcam Verſionem? Nec ſanè niſi plena diſcriminis res eſt, ſi tanti momenti Libri vulgatum manibus permittantur: quanta quanta enim ſit Interpretis fides, ſemper tamen aliquid ab Originali deſicit.

Verùm Apoſtoli eorumque Diſcipuli, alterius Spiritûs ductum ſecuti, cùm ſummâ tenerentur quidem in Libros Sacros veneratione, ſed zelo pariter propagandi veram Religionem arderent, non in eo tantùm operam contulerunt ſuam, ut Jeſum Chriſtum annuntiarent, ſed hoc maxime ſtuderunt, ut traditis vulgari linguæ Divinis Scripturis, veritatem magis magiſque promoverent. Hinc inundans ille Verſionum Latinarum torrens in prioribus Eccleſiæ ſæculis: *Qui enim, ait S. Auguſtinus de Doctr. Chriſt. l. 2. c. 11. n. 16. Scripturas ex Hebræa lingua in Græcam verterunt, numerari poſſunt, Latini autem Interpretes nullo modo.*

Ut enim cuique, proſequitur vir idem Sanctus, primis fidei temporibus in manus venit Codex Græcus, & aliquantulum facultatis ſibi utriuſque lingua habere videbatur, auſus eſt interpretari. Nunquam atate illâ ſuccurrit, ut ex Hebræico fonte pro Veteri Teſtamento potarent; minùs enim Hebræum vel Judæi ipſi callebant; minùs etiam indigere ſe Originali perſuadebantur veteres illi Fideles, quibus ad manus erat Verſio Septuaginta, Apoſtolorum uſu & autoritate Synagogarum totius mundi, Palæſtinæ etiam & Jeruſalem probata, Ex hæc Septuaginta Interpre-

Auguſt. l. 28. de Civit. c. 43.

tatione etiam in Latinam Linguam interpretatum eſt, quod Eccleſia Latina tenent (a). Hac Verſionum totidem Authorum multitudine per omnes latè regiones Latini ſermonis inundante factum eſt, ut ad promovendam veræ Religionis cauſam multum id eſſet adjumenti. Quæ enim antea intrâ anguſtos tantummodò Judæicæ Religionis limites continebatur, veritas per omnes latè gentes diſſuſa eſt. Sed commodum illud non minori incommodo repenſatum; cùm multitudine Verſionum & Exemplarium, plura glifcerent in Sacris Libris menda, Amanuenſium oſcitantia, & audaciâ Scriptorum inducã. *Cum apud Latinos, ait S. Hieronymus Præfat. in Joſue, tot ſint Exemplaria ſerè quot Codices, & unusquisque pro arbitrio ſuo vel addiderit, vel ſubtraxerit, quod ei viſum eſt.*

Sed inter affluentia ejuſ generis Scripta, ſemper tamen ſingularis unius Verſionis ubique obtinentis autoritas præſtabat. Hanc Veteres diſtinguebant nomine Italica, vel Itale (b), Communis [c], & Vulgatæ (d), & quæ deinde, poſt inducã à S. Hieronymo novam ex Hebræo Verſionem, *Vetus* appellata eſt (e). Porro Itala hæc Verſio è Græco adornata, inter cæteras Verborum erat tenacior, cum *perſpicuitate ſententiæ.*

b Auguſt. de Civit. l. 18. c. 15. c Hieronym. Epist. ad Pam. Mach. d Oroſ. Apolog. de liber. arbit. e Gregor. Magn. Præfat. in lib. Moral. in Job.

Quamquam autem hæc communi probaretur aſſenſu, & ad primum facile Eccleſiæ ſæculum pertinere, de genuino tamen ejuſ Authore nihil huc uſque exploratum eſt; certè quidem ſive Apoſtoli alicujus, ſive è prioribus illorum Diſcipulis conſupiam credimus. Nec niſi veriſimiliter perſuaderemur, plurium Scriptorum operâ totum illud Opus coaluiſſe, ut e. g. alius Hiſtoricos Libros, alius Pſalmos, & Libros Sapientiales verteret. De ſtili uniformitate iudicium tum maxime ferri poſteſt, ſi integra ea Verſio noſtrâ ætate reſtaret; ſed cùm nihil de illa, niſi Pſalmi, Libri Sapientiæ, & Eccleſiaſtici, ac errantia quadam fragmenta in Libris Patrum & in Mſ. nonnullis ſuperſint, vix tutum duceretur ex illis iudicium. Pſalmi in Latinis Bibliorum noſtrum Codicibus veterem. Vulgatam ſatis exactè non referunt; hanc enim ſemel & iterum, ad Pſalmos quod attinet, reſcenſit S. Hieronymus, cujuſ correctionis portionem adoptavit Eccleſia, & in Pſalterio retinuit; reliqua cum veteri Italica congruant. Conſule Diſſertationem noſtram in Textum & Verſionem ſingulorum Pſalmodum.

Vetus Italica Pſalmodum Verſio manſit in Eccleſia Romana uſque ad Paulum V. qui Vulgatam ſubſtituit. Sed vena Romanum Pſalterium perſeverat hodie uſque in Eccleſia Vaticana, & S. Marci Venetiarum. Quod canitur Pſalterium in Eccleſia Mediolanenſi nec Vulgatæ noſtræ, nec Veteri Italicæ congruit; ſed Verſio eſt alia, ad Romanam magis, quàm ad Vulgatam, accedens.

Manent etiam è veteri Vulgata Liber Sapientiæ, Eccleſiaſtici, gemini Macchabæorum, Prophetia Baruch, Epistoſa Jeremix, additamenta ad calcem Eſther,

ſicut etiam tertiumdecim, & decimum quartum caput Danielis, Canticum trium puerorum, quod in Hebræo & Chaldæo deſideratur. Credimus autem non inviti, uni eidemque Authori deputandam Libri Sapientiæ & Eccleſiaſtici Verſionem; cujuſ rei non levis conjeſtura ducitur ex ſingularum verborum & phraſium utrinque aſſinitate: ita honeſtus uſurpatur pro divite, honeſtare pro ditare; *reſpectus* ſive *viſitatio*, eſt Dei ultio & pœna iniſta; *ſupervacuis*, noxius; *ſupervacuitas*, vanitas; *monſtra*, miracula; *interrogatio*, puniſio. Porro Author ille ita literæ inheret, ut verbo verbum reddat, ſermonis ornamentis & Latinæ linguæ cultu penitus neglectis. Ita nec genus nominum ſatis obſervat, ut in illo Sap. 7. *Spiritus Domini replevit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis.* Poſquam enim Græcum *Pneuma*, quod neutri generis eſt, reddidiſſet Latine *Spiritus*, qui generis eſt maſculini, de Spiritu, tanquam ſi neutrius eſſet generis, ſermonem proſequitur. Author Verſionis Eccleſiaſtici plura inſerit in Textum, ſive gloſſas de ſuo additas malueris, ſive geminatas ejuſdem ſententiæ interpretationes, eo fortè conſilio adjeſtas, quod an unicâ verſione ſatis reddidiſſet ſenſum Textûs Originalis, ambigeret.

Ad novum Teſtamentum quod attinet, Verſio Italica ante S. Hieronymum obtinens quatuor Evangeliorum in Mſ. quodam Corbejenſi nobis occurrit; manca quidem in Evangelio S. Matthæi, cui uſque ad caput 12. omnia deſiderantur; in reliquis verò integra. Noſtræ defectum ſupplet Evangelium S. Matthæi ex eadem Verſione ad tria vetera Mſ. collatum, quod publici juris fecit R. P. D. Martyanus. Teſtator Lucas Bruſſenſis (f), in Mſ. Abbatix Malmedy ſuperſeſſe ejuſdem Verſionis Italicæ S. Pauli Epistoſas. Epistoſam S. Jacobi, & Tobiam pariter ac Judith vulgatas habemus ex editione P. Martyanæ; ex quibus veluti præluſis ſpes datur aliquando futurum, ut integrum antiquæ Vulgatæ Opus, vel ſaltem Novi Teſtamenti omnia teneamus.

In Libro quatuor Evangeliorum, cujuſ varias leſiones dedimus ad calcem noſtri Commentarii in Apocalypſim, plura occurrunt non levis ſanè momenti variantia, quæ pariter in vetuſtiſſimis Græcis Mſ. recurring. Ita e. g. Matth. 20. 28. legitur: *Vos autem quaritis de puſſilo creſcere, & de majore minores eſſe; intrantes autem & rogati ad cœnam, nolite recumbere eminentioribus locis, ne forte clarior te ſuperveniat, & accedens qui te vocavit ad cœnam, dicat tibi: Adhuc deorſum accide, & confundaris. Si autem in loco inferiore recubueris, & ſuper venerit humilior te, dicit tibi qui te vocavit ad cœnam: Accede adhuc ſuperius; & erit hoc tibi utilius.* Poſt S. Matthæum ſuccedit Evangelium S. Joannis, ubi variantia non levis momenti; e. g. diſcrepat hiſtoria mulieris adulteræ, in verbis tamen, quanquam reipſâ congruit: cap. 21. 22. legit: *Si ſic volo eum manere donec venio, quid ad te?*...

f Præfat. in Annot. Bibl. t. 4. par. 2. pag. 32. col. 2. nov. edit.